



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

190. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 95
ricos , nisi hymno dicto , edere panem , & post
cibum gratias auctori Deo referre.

Ut sacramenta altaris à jejunis celebrentur.
Ex Concilio Africano.

CL XXXVIII. Ut sacramenta altaris
nonnisi à jejunis celebrentur , excepto uno
die anniversario quo cœna Domini celebra-
tur. Nam si aliquorum pomeridiano tempore
defunctorum Episcoporum sive ceterorum
commendatio facienda est , solis orationibus
fiat , si illi qui faciunt jam pransi inveniuntur.

Conc. Afric.
c. 8.
Capitulare
Ahytonis.

c. 10.

Ut post allocutionem Episcopi in Missarum
solemnis plebs ad orationem invitetur.

Ex Concilio Laodiceno.

CL XXXIX. Quod oporteat seorsum
primum post allocutiones Episcoporum ora-
tionem super catechumenos celebrari. Et
postquam catechumeni egressi fuerint , super
eos qui sunt in pœnitentia precem fieri. His
etiam accendentibus ad manum sacerdotis &
discedentibus tres orationes consummari fi-
delium , ita ut prima quidem sub silentio , se-
cunda verò & tertia per exclamaciones soli-
tas expleantur.

Concil. Lao-
dic. c. 19.
Burchard. lib.
2. c. 69.

De eadem re.

C XC. Oportet ut in diebus festis vel do-
minicis , post sermonem intra Missarum sol-
lemnia habitum ad plebem , sacerdos admo-
neat ut juxta apostolicam institutionem ora-
tionem omnes in commune pro diversis necef-
sitatis fundant ad Dominum pro Regibus

Vide infrā c.
204. hujus
libri.
Burchard. lib.
2. c. 70.

Vide Amulo-
nem. epist. 1.

& Rectoribus Ecclesiarum, pro pace, pro peste, pro infirmis qui in ipsa parrœchia lecto decumbunt, pro nuper defunctis; in quibus singillatim precibus plebs orationem dominicam sub silentio dicat, sacerdos vero orationes ad hoc pertinentes per singulas admonitiones sollemniter expleat. Post hæc, sacra celebretur oblatio. Ait enim Apostolus: *Obsecro primum omnium fieri orationes, obsecrations, gratiarum actiones &c.*

1. Timoth. 2.

Ut nullus Presbyter solus presumat Missam cantare. Ex Concilio Nannetensi.

Burchard, lib.
3. c. 68.
Vide lib. 5.
Capitular.
c. 93.

Apoc. 22.

C X C I. Definivit sanctum Concilium ut nullus Presbyter solus presumat Missam cantare. Cui enim dicit *Dominus vobiscum*, aut *Sursum corda*, aut *Gratias agamus Domino Deo nostro*, cum nullus sit qui respondeat. Aut in Canone, & omnium circumstantium, cum nemo adsit? Aut quem invitat ad orationem, cum dicit *Oremus*, cum nullus sit qui secum oret? Aut ergo ista penitus reticenda sunt, & non solum non erit perfectum sacrificium, verum etiam incurret, quisquis ille est, terribilem sententiam: *Si quis tulerit de hoc, tollet Deus partem ejus de libro vite.* Aut si hanc muris & parietibus insuffraverit, ridiculosum erit. Quapropter periculosa superstitione maximè à monasteriis monachorum exterminanda est. Prævideant autem Prælati ut Presbyteri in cœnobiosis cooperatores habeant in celebratione Missarum. Si quis hæc transgressus fuerit, ab officio suspendatur.